



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Antonius Tauares n. 97

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

*Sua sapiē-
tia erroris
inimica: &
sanctitate
malitia
opposita.*

*Scriptorum
suorum ca-
lamis, &
Martyrum
sanguine
gloriosa
meretur
elogia.*

*Laudatur
ex omnium
scientia-
rum gene-
re.*

*Et Virtute,
quam eius
filij illis
cum quibus
agunt, in-
fundunt.*

*Ij Pallio,
vt Reges
coronantur
in terra.*

sanctitate, malitiæ oppositam: idque satisfactione tanta, tum suorum scriptorum calamis, tum Martyrum sanguine, vt gloriosa mereatur elogia; non alia epiteta, non alia attributa obsequijs à se Ecclesiæ factis, contraria. *Et tandem addit. Ir-ritatam Societatem iras modeste refringere. Sic illem Approb. Informat. P. Fran. de Contreras, qua probat non posse Episcopum sine Bullis presentibus consecrari.*

97. * AB ANTONIO TAVARES Lusitano in ser. de Canoniz. S. Ign. & Xauer. fol. 1. Secundum (inquit) quod in hac Societatis Repub. considerare debemus Personæ sunt, quæ in ea procreantur. Quis non miretur in Prædicatoribus eminentiam? in Theologis perspicaciam? in Sacræ Scripturæ explanatoribus securitatem? in Metaphysicis acutiam? in Philosophis studiositatem? in Logicis subtilitatem! in Latinis Ciceronianum nitorem? in Græcis notitiam? in Rethoribus eloquentiam? in Hæbreis peritiam? in Confessarijs experientiam? in Ianitoribus affabilitatem? in Aedituis vel in minimis rebus munditiem? in infirmarijs charitatem? in Prælatibus prudentiam? Quid si de virtute loquamur; hæc ab omnibus satis nota: cur tempus infumamus in ea laudanda, quæ à nemine ignoratur. Id solum aio, Societatis IESV Patres virtutem veluti infundere illis, cum quibus communicant. *Sic ille ex Lusitano Latine redditum testimonium protulit.*

98. * AB HIERO. à S. IOSEPHO: *Qui in Historia sua Dis-calceati Carmeli lib. 5. cap. 5. fol. 793. expendens visionem illam, qua bis B. Theresia pallium supra Capita Nostrorum sumentium Eucharistiam viderat, sic ait: Miraculosa, & singularis demonstratio innuit, quam gratæ illæ benedictæ animæ Deo essent, qui pallio, quod insigne Regum est, eas vt Reges coronabat. Et postea Ibid. num. 10. expendens celebrem illam de Vexillis albis visionem, quibus Nostros in Cælo eadem Theresia viderat, subiungit: Hæc reuelatio tam magifica, & honorifica est, vt vel ea sola vnum ex præcipuis testimonijs, ac elogijs magni-*